

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Inimicis nostris vt benefaciamus, illoru[m]q[ue] erratibus vti ex animo  
compatiamur, & ignoscamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

maledictos illos proferret? & nouissime verbum benedictionis, quale à seculo non est auditum, pro inimicis suis effudit. Quid hoc viro mansuetius, quid benignius & anima mea vidisti? Considera peccatum illud dulcissimum, quam tranquillitatem pietatis obseruavit. Non suam ostendit iniuriam, non peccatum reputat, non sentit contumelias, sedipnis potius à quibus patitur, ille copatur: à quibus vulneratur, ille medetur: vitam procurat, à quibus occiditur. Hæc ille. O quam dulcis melodia hæc inter malleatorum audiebatur iesus, qua nimurum se Iesus Dei ostendebat filium. Quippe qui diuinam potius quam humanam benignitatem crucifixoribus expresit, mansuetudinem miram in cōtumelijs, patientiam in aduersis retinens, auditur eos qui se crucifigebant excusare, & pro eisdem orare.

*Inimicis nostris ut benefaciamus, illorumq; erratibus ut ex animo compatiamus, & ignoramus.*

Quomodo  
filij Dei efficiamur.  
Matth. 5.

Inimicis cur tari, quam quod hic docetur, ut inimicis compatiamur nostris, qui se grauius fit compatiendum.  
Inimici quācum profint homini.

Inimici ho-  
noribus ac  
beneficijs  
prosequendi.

Hebrei 12.

Matth. 27.  
Lucas 23.  
Ioan. 19.  
Esaie 53.  
Marc. 15.

**Q**uid hic discimus aliud, quam ut simus filii Dei, simus misericordes, simusq; perfecti, sicut pater noster cœlestis perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, diligendo inimicos nostros, benefaciendo eis qui oderunt nos, & reddendo pro malo bonum, pro nulla offensione querentes vocationem? Nihil enim discere possumus nobilius, nihil cōtemplari magis eximium, nihil deniq; fructuosius imitari, quam quod hic docetur, ut inimicis compatiamur nostris, qui se grauius quam nos laudent, imò qui nobis, si volumus, ad patientia conducti coronam. Quamobrem pro illis non aliter atque pro amicis, qui in multis profunnum bis, oremus. Faciunt sollicitos, faciunt circumspectos, dant patientia occasionem, tollunt inanem gloriationem aut iactantiam, defectus quoq; & infirmates nostras nobis ostendunt: & breuiter quicquid nobis adulatorum facta blandities, quicquid laudantium nos turba nobis aduehit mali, hoc perseque-tes & inimici sanant. Exemplo igitur Christi, eiusdemq; amore, non solum absq; murmure & vindicta toleremus ingratos & inimicos, verum etiam hono-ribus & beneficijs animo sincero eos prosequamur. Quapropter recondein corde tuo verbum hoc salutiferum Iesu Christi, ut quotiescumq; tibi senseris aduersari inimicos, atq; contra te aliquid machinari, respicias mansuetudinem patientissimi Iesu, & eius amore, eiusq; studio imitationis excitatus, no finas ut ira, vindicta, appetitus, huc impellat, ut pro malo consentias in-ferre malum. Recogit eum qui aduersus senet ipsum sustinuit contradictionem, ne fatigeris armis tuis. Recordare quid pater atq; sp̄s tuus de inimicis suis di-cherit, quomodo in eos fuerit virtus, Nempe excusatuit eos, pro illis orauit, quia eos, licet essent ingrati, licet duri essent ac mali, nunquam amare desit. Tu itaque parimodo congerisce, condoleat illis, quia capti vel à propria passione ira, vel à tentatoris laqueo, agunt quæ nesciunt.

**I**ESUS IN CRUCE LEVATUS, INTER LATRONES  
medius ponitur. Artic. XLIII.

**E**t cum eo crucifixerunt hinc & inde duos latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris: medium autem Iesum. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cū iniquis deputatus est.

HOMIL.